

399

Serenissime et Potentissime Rex,  
Domine, Domine Clementissime.

161.

Recordabitur Sacr: Regia Majestas Vra clementissime,  
quod jam pridem supplices pro receptione Feudi dedorim Li-  
teras, quam tamen Sacr: Reg: Majestas Vra ex rationibus  
permoventibus ad alia tempora differerebat.

Quam quidem gratiam Regiam dum exactissimo cultu de-  
veneror, iuxta et vinculi homagialis satis memur exponere  
cogor, quatenus Ducatus mei per exactiones continuas red-  
acti fuerint, ut nulli prorsus proventus mihi exinde  
relinquantur, sed cuncta extranei militis dispositioni  
cedant. Officiales mei, quos ex Surlandia ad futura Co-  
mitia destinaveram, ex hac ratione illuc tam cito ve-

nire non possunt, Monumenta Literaria, et Acta San-  
 cellaria, inter quae et pro Parte Infendationes Prode-  
 cessorum meorum, aliq' ad Actum Homagiale ne-  
 cessaria à Svecis Rigam cum armamentario, et ali-  
 is rebus Ducalibus deducta, etiamnum tum à Sac-  
 rae Majestate, tum alibi detinentur, et hacte-  
 nus non extraduntur, quamvis sollicitè desuper In-  
 stantias fecerim. Proinde supplicor ad  
 Sacr. Regiam Majestatem Vram, dignetur pro Cè-  
 mentia Regia praemorata obstacula benignissime  
 remove, et apud Sacr. Caesarem Majestatem ite-  
 ratas Instantias interponere, ut tandem aliquando  
 toties stipulata evacuatio Ducatum meorum plena-  
 riè, cum redintegratione damni perpassi, ratione cuius  
 Sacr. Caes. Majest. jam antea ordinavit Commissionem  
 sequatur, literaria quoq' Documenta, quotquot eorum

Rigæ sunt, cum aliis quibuscumq; Ducalibus rebus proximè  
 extradantur. Et cum per famam innotuerit, quod ex Du-  
 catibus certas ad Comitiam moderna Deputatas inordi-  
 nato modo miserint, humillimè rogo, dignetur Sæc:  
 Reg: Mæis Clementissimè eisdem cum variis querelis  
 si quæ erga me inferuntur, non admissos pro exacti-  
 ori obsequio remittere. Quam Gratiâ Regiam  
 quoad vicario, humillimis obsequiis demereri conabor,

Sacra Regia Mæis Vra

Fidelis Servus  
 Ferdinandus Dup Carlq.

Dabantur Gedani 22. Aprilis,  
 A: 1712.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*Johnnie M. Smith  
D. A. Spr. 1872*